



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Concl. IX. Sola censura reservari potest, uti & solum peccatum: attamen à
Pontifice ordinariè non reservatur peccatum sine censura; quâ proinde
non contracta, vel sublatâ, non contrahitur, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

dubie refer.
tione, si non est votum; quia tunc non est opus
dispensatione; vel sub conditione, si non
est votum reservatum: quia supponitur stan-
te illo dubio non esse reservatum, sed dispen-
sat in illo voto simpliciter & absolute, sicut
in quocumque alio voto non reservato; &
ideo, est postea certò constaret de reserva-
tione, hanc eidem esset necessaria nova di-
spensatio.

158.
Quid si
stante du-
bio non ab-
solvatur
dispensatio
tione, si non est votum; quia tunc non est opus
dispensatione; vel sub conditione, si non
est votum reservatum: quia supponitur stan-
te illo dubio non esse reservatum, sed dispen-
sat in illo voto simpliciter & absolute, sicut
in quocumque alio voto non reservato; &
ideo, est postea certò constaret de reserva-
tione, hanc eidem esset necessaria nova di-
spensatio.

Interim tamen, si stante illo dubio de re-
servatione peccati, excommunicationis aut
voti, non absolveretur aut dispensaretur, ad-
veniente certitudine reservationis, inferior
ne posset absolvere, nec dispensare; quia re-
didi reservationi. Probatur à simili; in tubi-
lao cessat reservatio, quo transacta reddit re-
servatio sine nova culpa: quippe potest
non est aliud, quam ablato potestatis; po-
test autem potestas auferri pro certo tan-
tum tempore, quo elapsa potestas redeat, &
similiter potest concedi potestas pro certo
tantum tempore, quo elapsa expiret talis
potestas. Quāvis ergo excommunicationis
qua est pœna peccati, nunquam rededit ab-
que novo peccato; reservatio tamen ex-
communicationis, ut etiam peccati, redire
potest; ut jam ostensum est.

Sed nunquid sola censura reservari potest?
Nunquid solum peccatum? Attende quod
sequitur:

CONCLUSIO IX.

Sola censura reservari potest, ut
& solum peccatum: attamen
à Pontifice ordinariè non re-
servatur peccatum sine censu-
ra; quā proinde non contra-
cta, vel sublatā, non contra-
hitur, vel aufertur reservatio
peccati.

159.
Alio en-
teratio
nibus, alia
peccata.

R Eservatio, ut statim dixi, non est
aliud, quam ablato potestatis seu juris-
dictio; sicut ergo alia est jurisdictione ne-
cessaria ad absolvendum à censura, alia ad
absolvendum à peccato; ita alia est reserva-
tio censura, alia autem reservatio peccati;
ergo sicut solum peccatum potest reservari,
ita etiam sola censura. Quæ enim repugnat
tia?

Herculis solum peccatum posse reservari
hanc obsecrū significat Concil. Tridentinum
sess. 14, cap. 7, ibi: *Magnopere vero ad Chrys-*

siani populi disciplinam pertinere Sanctissimis Pa-
tribus visum est, ut atrociora quadam & gra-
viora crimina non à quibusvis, sed à summis dum-
taxat Sacerdotibus absolverentur.

Et infra: *Neque dubitandum est quia
hoc idem Episcopis omnibus licet
præsentim quoad illa, quibus excommunicationis cen-
sura annexa est. Si præsentim quoad illa, ergo
eritiam quoad alia, quibus excommunicationis
aut alia censura annexa non est. Si Episco-
pis, etiam Pontificibus, de quo nemo po-
test dubitare. Et ita de facto multa pecca-
ta, quibus non est annexa ulla censura, re-
servantur tam ab Episcopis, quam à Prae-
latis Regularibus, ut omnibus est manife-
stum.*

160.
Aliqui ex-
stimatori;
Pontificiam reser-
vationem imme-
diatè caceret
in solam cen-
suram,

Quantum ad reservationem folius censu-
ra, sunt qui existimant, Pontificiam reserva-
tionem immediatè cadere in solam cen-
soram, & folium mediatè in culpam: quia ni-
mitum nullus possit à peccati absolvī du-
rante censurā. Et licet contraria sententia
sit communior, ut statim videbimus, in-
terim non potest assignari aliqua, vel in spe-
ciam repugnantia in eo, si fieret.

Nonne Aliqui docent, Prelatos Regula-
res, estō non possint sine consensu Capituli re-
servare alia peccata, præter enumerata à Cle-
ment. VIII. nihilominus posse reservare qual-
libet censuras?

Ita quippe lego in Statutis nostris Generali-
bus Barchinonensis (impressis Antwerpia
apud Gerardum Wolschatum an. 1624.)
cap. 6. §. 22. n. 11. *Insuper determinatus, Pre-
latos predictos per se solos, absque Capituli consitu-
& consenu, posse sibi reservare quilibet censuras:
& huiusmodi reservationem esse validam & tenere;*
cum Decretum Pontificis tantum loquitur de pec-
catis, que longe distant à censuris.

Et n. 14. *Eadem penitentia fuerit, quicumque
ausus fuerit affirmare, Prelatos Generales & Pro-
vinciales respectivè, non posse reservare sibi casus,
in Constitutione Clementis VIII. expressos, exira
Capitulum, vel quarumcumque censurarum abso-
lutionem.*

Quidquid sit de his statutis, quæ post-
modum recognita & iteratè impressa fuerunt,
omissis illis duobus numeris, hæc sententia
non est ex ratione improbabilis; sed neque ab
ipius probabilitate pendet veritas Conclusionis:
verum à principio generali ab Om-
nibus admisso, parta, jurisdictione necessaria
ad absolvendum à censura, communicatur
per Pontificem & Prelatos Ecclesiae; ergo
potest haec limitari & restringi; ergo sola cen-
sura potest reservari, eodem modo quo folium
peccatum.

Attamen (ut habet sequens pars Conclu-
sionis) à Pontifice ordinariè non reservatur pec-
catum sine censura. Intellige de Pontifice, qua-
tenus est Supremus Pastor, sive quatenus

A Pontifica
ordinariè
non reser-
vatur pec-
carum fia
censura.

A a refer-

186 Disp. 8. De Ministro Sacram. Pænit.

reservat aliqua peccata quoad universalem Ecclesiam. Probatur auctoritate negativâ: quia nec in toto corpore juris Canonici, neque in Bullis Pontificiis, præterquam forte in Extravagan. Inter cunctas de Privileg. nunc talis reservatio invenitur.

162. Dico; Præterquam forte &c. quia in dicta Extravag. sic scriptum habemus: *Duos tamen inter cunctas casus excipiuntur, si Sacerdos afferat eum excommunicatum, aut notoriè peccatorum. Sed videat ne id dicat mendaciter, aut in dolum velin fraudem: quia si hoc egerit, à delicto sibi, nisi plenè satisficerit (præterquam in morte) absolvì nequeat, nec de illo ad paenitentiam aliter admittitur. Ecce reservatio Pontificia sine censura.*

In Extravag. sic scriptum habemus: *Duos tamen inter cunctas casus excipiuntur, si Sacerdos afferat eum excommunicatum, aut notoriè peccatorum. Sed videat ne id dicat mendaciter, aut in dolum velin fraudem: quia si hoc egerit, à delicto sibi, nisi plenè satisficerit (præterquam in morte) absolvì nequeat, nec de illo ad paenitentiam aliter admittitur. Ecce reservatio Pontificia sine censura.*

Suarez. Quāmvis enim non exprimatur, qui fiat, tamen cùm abfolūte fiat, manifestum est, inquit Suarez disput. 29. sect. 2. n. 4. auctori Canonis fieri, qui est Summus Pontifex. Et licet illa Extravag. cassata fuerit per Clement. Dudum de Sepult. fortasse quoad hanc partem revocata non est; quia solum videtur derogari quoad ea, quæ spectant directè ad facultates & privilegia Religiosorum. Hæc ille.

163. Nec obstat, quod non videatur absoluta reservatio, sed sub ea conditione: *Nisi plenè satisficerit; nam illa satisfactio (inquit idem Auctor) non est solum ea, quæ præcisè necessaria est ad veram paenitentiam & veram Contritionem vel Attritionem habendam; alijs non oportuerit addere exceptionem de articulo mortis; immo & tota illa clausula supervacanea fuisset: nam confitit neminem post injuriam illatam posse absolvī, etiam in articulo mortis, nisi facta satisfactio, eo modo quo fieri potest juxta opportunitatem occurrentem; igitur aliquid amplius in ea conditione postularur: id autem nihil aliud est, nisi ut tale peccatum reservatum maneat, donec re ipsa plena satisfactio exhibetur. Haec tenus Suarez. Sed quia hæc non adeo certa sunt, quin ab Aliquis posse negari, ideo addidili forte.*

164. Quod attingit ad Motum proprium Sixti V. In Motu proprio Sixti V. contra Clericos male promos, reservatur peccatum sine excommunicatione. an. 1589. contra Clericos male promos, qui incipit: *Sanctum & salutare 91. apud Cherubin. est in eo reservetur illud peccatum Pontifici, §. 4. ibi: Inhibentes ne à quoquam seculari, vel cuiuscumque Ordini Regulari Presbytero vel Prelato, quāvis auctoritate fungente..... persona sic, ut prefertur, delinquentes, tam scilicet Antisistes seu Abbates promoventes, quāvis Clerici male insigniti seu ordinati, à rebus & exercitibus prefatis absolvī, præterquam in mortis articulo, possint aut debeant.*

Evidem non absque omni censura, ut patet ex §. 3. qui sic incipit: *Et nihilominus felicis recordat. Pii II. & aliorum Romanorum Pontificum nostrorum predecessorum, qui per suas Constitutiones, aut in Cancellaria Apostolica publi-*

catas regulas, contra huiusmodi Clericos posthac male promotos, ab executione, ministerio & exercitio Ordinum susceptorum, & ab omnisspe & facultate ascendendi ad alios Superiores perpetuo suspensos declaramus.

Saltem ex hoc Motu proprio habemus aliquam reservationem Pontificiam, sive annexam excommunicatione. Quippe non totaliter revocatus est, sed solum moderatus à Clement. VIII. Bullâ: *Romanum Pontificem 40. apud Cherubin. sub hac forma verborum: Non animadverentes &c. Motu proprio & ex cetera scientia nostris, ac de Apostolica potestate plenitudine, hæc nostrâ perpetua valitâ Constitutione, supradictas literas ad terminos sacrorum Canonicum ac Constitutionis felicis memor. Pii II. etiam prædecessoris nostri, qua incipit: Cum ex sacrorum Ordinum (7. apud Cherubin.) sub data videlicet quinto decimo Cal. Decemb. Pontif. sui an. 4. cuius tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, & ad dispositionem Decret. rum Sacri Trident. Concilii restringimus & redamus, nec non censuras & penas in eisdem Sixti literis contra quoscunque, præterquam contrafractione ordinantes, & ordinatis, inflicit, quae volumus in suo robe permanete (aliis etiam prænis & conjuris per eosdem Canones ac Constitutionem Pii II. Conciliumq. Tridentinum iniunctis salvis & firmis remanentibus) moderamus & abdollemus. Ergo adhuc vi Motus proprii Sixti V. peccatum, simoniae ordinantium; & ordinatur, est reservatum Pontifici sine annexa excommunicatione, quāmvis non sine omni censura, quia cum annexa suspensione.*

Ex eodem Motu Sixti V. colligitur communis sententia, quæ docet, reservationem Pontificiam, non solum immediate cadere in censuram, sed etiam in ipsam culpam: cum enim prius dixisset Pontifex: *Tam absolvenda similitudine (à suspensione) quamvis dispensandi (in irregularitate) facultatem in casibus superioris expedit, in ipsum etiam in foro conscientia, nobis & successoribus nostris dimitata per perpetuo reservamus. Subjunxit: Inhibentes &c. ut supra.*

Confirmatur ex Trident. less. 14. c. 7. ibi: *Magnopere vero &c. ut supra in principio Conclus. ex quibus verbis deduximus, peccata absque censura posse reservari; ergo etiam peccata simul cum censura reservari possunt, ita ut reservatio immediate cadat in peccatum & censuram. Agit enim ibi de pontestate reservandi, prout in ulti jam sapientia exivit seu exire solet; & tamen in prioribus verbis, in quibus agit de reservatione Pontificia, non meminit censuræ, sed tantum graviorum criminum; ergo signum est, quod quando Pontifices relevant graviora crimina cum annexa censura, reservatio non tantum cadat immediate in censuram, sed etiam in ipsum peccatum.*

Acc.

167. Accedat antiquissimum exemplum ex c. 29.
Item ex c. Si quis suadente 17. q. 4. in quo fertur prima
Si qui fa-
dict 17. q. 4. omnium reservationum Papalium, & ideo vi-
detur esse veluti exemplar ceterarum om-
nium, & tamen ibi de percussione Clerici
primum dicitur: Si quis suadente Diabolo hunc
sacrilegii reatum incurrit, quod in Clericum vel in
Monachum violenter manus inierit; anathema-
tis vinculo subiaceat. Et postea subditur: E-
nullus Episcoporum illum (percussorem Clerici
vel Monachi) presumat absolvere, nisi mortis
urgente articulo; donec Apostolico conspectui presen-
tetur, & eius mandatum suscipiat.

168. Ubique adverto, inquit Suarez supra n. 9. ab-
solutionem, que reservatur; nullo modo
referri ad censuram tantum, sed simpliciter
ad ipsum peccatorem, anathematis vin-
culo subjacentem: ergo simpliciter totum hoc
reservatur, scilicet tam peccatum, quam cen-
sura.

169. Claudat agmen Innoc. III. cap. Nuper 29.
de Sent. excom. ibi: In primo quidem articulo
cum talis communiceat criminis, & particeps criminis
no, ac per hoc ratione damnati criminis videa-
tur in eum delinquerre, quod dannavit: ab eo vel eius
Superiore merito delicti tunc erit absolutione requiren-
da. Ubi absolutione refertur non tantum ad
censuram, sed expressissime ad ipsum deli-
ctum.

Et quāvis ibi non agatur de reservatio-
ne Papali, sed potius Episcopali vel Archi-
episcopali, est tamen eadem omnium ratio.
Quāris quē sit ista ratio? Respondeat Suarez
suprā; intentio Pontificum, quā ex eorum
verbis & Decretis à nobis colligitur; quam
interpretationem maximē confirmat communis
usus Ecclesie, & communis sensus Inter-
pretatum.

170. Interim non desunt, qui oppositum ré-
neant; scilicet solam censuram immediate re-
servari, culpam autem tantum mediare, quā-
tenus penitentis non potest, saltem licet, ab-
solvi à peccato, nisi prius fuerit absolutus à
censura. Ita Durandus 4. dist. 17. q. 15. n. 13.
ibi: Ecclesia Rōmana nunquam retinuit sibi
Absolutionem ab aliqua culpa directe; sed
solūm retinuit sibi Absolutionem à quibusdam
excommunicationibus, & dispensatio-
nem super quibusdam irregularitatibus, quas
incurrunt quandoque propter aliquas culpas,
& auctoritatem commutandi quadam vota,
vel dispensandi in eis: & propter prædictam
restitutionem non oportet recurrere ad Sedem
Apostolicam, nisi propter Absolutionem à
sententiis, vel propter dispensationem super
irregularitatibus, & in votis, quibus obti-
nis, Prælati possunt de omnibus peccatis ab-
solvere. Hæc ille.

Eadem sententiam insinuat Cajetan. in
Sum. verb. Causa reservati. ibi: Causa reser-
vati Sedi Apostolice, clari sunt; nam sunt

soli illi, quos Ecclesiastica censura, hoc est,
excommunicatio, reservat Apostolice Sedi.
Et iñfrā: Et scito, quod si excommunicata-
tus ob simoniam v. g. obtinuit à Papa Ablo-
tionem ab excommunicatione, poterit Con-
fessor simplex ipsum absolvere à peccato simo-
niæ: quia ex quo ratio reservationis cessat;
consequens est, ut ipsa reservatio annexi pec-
cati cellet. Ita Cajet. significans his verbis,
censuram esse quasi adæquatam rationem hujus
reservationis.

Probatur autem hæc opinio ex Decretis,
in quibus hujusmodi censuræ feruntur; nam
primo propter culpam imponitur censura, &
deinde dici solet: A qua absolvī non possum nisi
à Rom. Pontif. vel, in ea permaneant, donec Apo-
stolico conspectui se presentent. cap. Conques 22.
de Sent. Excom. ibi: Quoniam igitur gravia
sunt, nec clavis oculis debent præteriri: Mandamus
quatenus si est ita, memoratos sacrilegos excommuni-
catus nuntietis & facias sic ut excommunicatos
arbitrii evitari, donec possit iniuriam congrue satis-
faciant, & dannā pro eis data resarciant, & cum
litteris vestris, et veritatem continentibus, Apostolico
se conspectui representent.

Et cap. Univerisatatis 24. eodem ibi: Tam & cap. 24.
qui tales verberari præcipit, quam illi, qui ver-
berant (etiam si causa subiecta) excommunicationis
sententiam, donec ad Apostolicam Sedem veulant, ne-
quaquam evadant.

Sufficiat Bulla Coenæ, in qua reservatio fit Item ex
sub hac forma verborum: Ceterum à prædictis Bulla Coenæ,
sententiis (id est, excommunicationibus) nul-
lus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi
in moris articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi
destante Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo, cau-
tione præfita, absolvī posse: Quid si forte
aliqui, contra tenorem præsentium, talibus, excom-
municatione & anathemate laqueatis, vel eorum
alii Absolutionis beneficium impendere de facto
presumperint, eis excommunicationis sententia in-
nodamus.

Respondeo; ideo Pontifices aliquando sic
loqui, quia supponunt ex aliis Decretis, & ex
praxi Ecclesie, facis omnibus constare in re-
servationibus Papalibus hæc duo conjuncta esse
culpam & censuram; & ideo uno espresso, vel
culpâ vel censurâ, utrumque ab omnibus intel-
ligi reservatum.

Hinc etiam simpliciter solent dare potesta-
tem absolvendi à casibus reservatis, non spe-
cificando censuram, vel peccatum; quia vi-
delicet utrumque comprehenditur seu intel-
ligitur sub casibus reservatis, non ex natura
rei, quia posset, ut dictum est, censura refer-
vari ablique peccato; & similiter peccatum
ablique censura; sed ex usu Pontificum, qui
non solent unum sine altero reservare; & ideo
si aliquando concedant potestatem absolvendi
à censura, non facilius mentione peccati, vel
à peccato, nullā faciliā mentione censuræ,

A a 2 nihil-

171.
Reiponitio

nihilominus censentur concedere potestam absolvendi tam à censura, quam à culpa: sicut enim à principio habent hanc connexiōnem quasi in fieri, ut sic dicam, ita etiam in conservatione seu in duratione sua; connexiōnem, inquam, ex voluntate reservantis seu Pontificis.

172.
Ratio à posteriori oppositæ sententia, quæ talis est: Ablatâ censurâ, statim manet peccatum non reservatum; ergo signum est, solum suiss ablata jurisdictionem circa censuram, alijs etiam ablata censurâ, adhuc manere possit reservatio culpæ; quippe potest aliquis absolvere à censura, & non à culpa, ut Iudex Ecclesiasticus, vel qui tantum habet jurisdictionem fori contentiousi.

Responsio.

Planè sic potest fieri ex natura rei, & de facto in exemplo allegato fit: interim quando Pontifex concedit alicui Sacerdoti potestatem absolvendi à censura reservata, etiam censentur concedere potestatem absolvendi à peccato reservato, & vice versa; non quod unum sit ratio adæquata reservationis alterius, sive quod unum solum sit immediatè reservatum; sed quia non vult unum esse reservatum sine alio, & per consequens vult utramque jurisdictionem in foro interno conjunctim dare.

173.
Objetio.

Dices; ut homo absolvit non possit, etiam à culpa, facta est reservatio censuræ, & sufficit ad salvanda verba Decreti reservantis, & alioquin cum res sit odiosa, est mitiior modo interpretanda; ergo &c.

Solvitur.

Respondeo; satis est reservatio censuræ, ut homo absolvit non possit licite, transeat; validè, Omnes negant, qui docent, Sacramentum Pénitentiae, quod excommunicatus suscipit sine nova culpa mortali, valere; immo habere effectum gratiæ, sive excommunicationis reservata, sive non, quæ est communior doctrina, teste Suario disp. 10. de Censuris se&t. 3. n. 9. & unico verbo probatur: quia per excommunicationem pénitentis nihil tollitur, quod sit de substantia Sacramenti: patet quia non materia, neque forma, neque intentio, neque jurisdictione; ergo si ex parte suscipiens non intervenit aliud impedimentum, sola censura non poterit irritare Sacramentum.

174.
Objetio.

Dices; tollitur jurisdictione, non quidem ex natura rei, alioquin Pontifex non posset absolvere excommunicatum prius à peccatis, quam ab excommunicatione, quod videtur incredibile, nec hactenus aliquis docuit; sed ex iure positivo cap. ult. de Clerico excommunic. ibi: Peccat autem conferendo Ecclesiastica Sacra menta; sed ab eo collata, virtutis non carent

Excommunicatus va-
lide potest
ab solvi a
peccatis,
Suarez.

Probatur.

cap. ult. de
Clerico ex-
com.

effectu: cùm non videatur à collatione, sed participatione Sacramentorum (qua in sola confisiōne penititione) remotus. Loquitur autem de excommunicatione minori.

Neque ly Remotus, potest intelligi de meta prohibitione; quia per prohibitionem remotus est etiam à collatione, quandoquidem conferetur peccatum, ut ibidem expresse dicitur; ergo illa remotione incapacitas quedam est, per quam non est remotus à collatione, ut potest validè exercitat.

Respondeo; illam remotionem esse quamdam incapacitatem suscipiendo effectum virtutis, id est, gratiam sacramentalem, qua non confertur indisposito per peccatum actuale mortale, quod committit excommunicatus, scilicet suscipiendo seu percepiente Sacramentum. Ergo non potest validè suscipere Sacramentum Confirmationis, Eucaristia, Ordinis, Extrema Unctionis & Matrimonii, hec Consequientia communis calculo non valet.

Ergo non potest validè suscipere Sacramentum Pénitentiae: neq; hæc Consequientia valet, si possumus dari Sacramentum Pénitentiae validum & informe; sicut minus, ut puto, distinguo Consequens; non potest validè suscipere Sacramentum Pénitentiae, defectu jurisdictionis in ministro, Nego Consequentiam; defectu debita Contritionis, Concedo totum;

Sed quid tum? Profecto fieri potest, ut pénitentis bona fide procedat, ignorans suum excommunicationem; tunc autem validè, adeoque cum effectu virtutis, absolvetur à peccato, estò prius non sūiset absolutus à censura reservata, si verum est, quod sola censura immediatè referetur; hoc autem est contra intentionem reservantis, qui non solum absolutionem à censura, sed etiam ab ipso peccato sibi reservat, ut patet ex verbis Decreti reservantis, supra allegatis; Absolutionem, inquam, non solum licitam, sed etiam validam.

Et quāvis hæc res sit odiosa, id est quæstringenda; attamen intrà proprietatem vel borum, & juxta intentionem reservantis. Proinde flante reservatione censuræ, dico, Absolutionem à peccato, non solum illicitam, sed etiam invalidam esse, estò fore validam in praesentia censuræ non reservata; invalidam, inquam, esse, si absolvens non habeat potestatem ordinariam vel delegatam absolvendi à peccatis reservatis.

Si autem à me queritur, quis talē potestatem habeat? Hæc quæstio exigit novam Sectionem, quæ erit

SEC.